

[8,1] Ad reliqua transeamus animalia et primum terrestria. Maximum est elephans proximumque humanis sensibus, quippe intellectus illis sermonis patrii et imperiorum obedientia, officiorum quae didicere memoria, amoris et gloriae uoluptas, immo uero, quae etiam in homine rara, probitas, prudentia, aequitas, religio quoque siderum solisque ac lunae ueneratio. Auctores sunt in Mauretaniae saltibus ad quendam amnem, cui nomen est Amilo, nitescente luna noua greges eorum descendere ibique se purificantes sollempniter aqua circumspergi atque ita salutato sidere in siluas reuerti uitulorum fatigatos prae se ferentes. Alienae quoque religionis intellectu creduntur maria transitori non ante naues conscendere quam inuitati rectoris iureiurando de reditu, uisque sunt fessi aegritudine, quando et illas moles infestant morbi, herbas supini in caelum iacentes, ueluti tellure precibus allegata. nam, quod docilitatem attinet, regem adorant, genua submitunt, coronas porrigunt. Indis arant minores, quos appellant nothos.

[8,2] Romae iuncti primum subiere currum Pompei Magni Africano triumpho, quod prius India uicta triumphante Libero patre memoratur. Procilius negat potuisse Pompei triumpho iunctos egredi porta. Germanici Caesaris munere gladiatorio quosdam etiam inconditos meatus edidere saltantium modo. Vulgare erat per auras arma iacere, non auferentibus uentis, atque inter se gladiatorios congressus edere aut lasciuienti pyrriche concludere. postea et per funes incessere, lecticis etiam ferentes quaterni singulos puerperas imitantes, plenisque homine tricliniis accubitus iere per lectos ita libratis uestigiis, ne quis potantium attingeretur. [8,3] Certum est unum tardioris ingeni in accipiendis quae tradebantur, saepius castigatum uerberibus, eadem illa meditantem noctu repertum. mirum et aduersis quidem funibus subire, sed maxime regredi, utique pronis. Mucianus III consul auctor est aliquem ex iis et litterarum ductus Graecarum didicisse solitumque perscribere eius linguae uerbis: Ipse ego haec scripsi et spolia Celtica dicaui, itemque se uidente Puteolis, cum aduecti e naue egredi cogere, territis spatio pontis procul a continente porrecti, ut sese longinquitatis aestimatione fallerent, auersos retrorsus isse. [8,4] Praedam ipsi in se expetendam sciunt solam esse in armis suis, quae luba cornua appellat, Herodotus tanto antiquior et consuetudo melius dentes. quam ob rem deciduos casu aliquo uel senecta defodiunt. hoc solum ebur est; cetero et in his quoque, qua corpus intexit, uilitas ossea. quamquam nuper ossa etiam in laminas secari coepere paenuria: etenim rara amplitudo iam dentium praeterquam ex India reperitur; cetera in nostro orbe cessere luxuria. Dentium candore intelligitur iuuenta. Circa hos beluis summa cura: alterius mucroni parant, ne sit proeliis hebes, alterius operario usu fodiunt radices, impellunt moles; circumuentique a uenantibus primos constituunt quibus sint minimi, ne tanti proelium putetur, postea fessi inactos arbori frangunt praedaque se redimunt. [8,5] Mirum in plerisque animalium scire quare petantur, sed et fere cuncta quid caueant. elephans homine obuios forte in solitudine et simpliciter oberrante clemens placidusque etiam demonstrare uiam traditur; idem uestigio hominis animaduerso prius quam homine intremescere insidiarum metu, subsistere ab olfactu, circumspectare, iras proflare nec calcare, sed erutum proximo tradere, illum sequenti, simili nuntio usque ad extremum, tunc agmen circumagi et reuerti aciemque derigi. adeo omnium odori durare uirus illud maiore ex parte ne nudorum quidem pedum. Sic et tigris, etiam feris ceteris truculenta atque ipsa elephanti quoque spernens uestigia,

hominis uiso transferre dicitur protinus catulos, quonam modo agnito, ubi ante conspecto illo quem timet? etenim tales siluas minime frequentari certum est. sane mirentur ipsam uestigii raritatem. sed unde sciunt timendi esse? immo uero cur uel ipsius conspectum paueant, tanto uiribus, magnitudine, uelocitate praestantiores? nimirum haec est natura rerum, haec potentia eius, saeuissimas ferarum maximasque numquam uidisse, quod debeant timere, et statim intellegere, cum sit timendum. Elephanti gregatim semper ingrediuntur. ducit agmen maximus natu, cogit aetate proximus. amnem transituri minimos praemittunt, ne maiorum ingressu atterente alueum crescat gurgiti altitudo. Antipater auctor est duos Antiocho regi in bellicis usibus celebres etiam cognominibus fuisse; etenim nouere ea. certe Cato, cum imperatorum nomina annalibus detraxerit, eum, qui fortissime proeliatu esset in Punica acie, Surum tradidit uocatum altero dente mutilato. Antiocho uadum fluminis experienti renuit Ajax, alioqui dux agminis semper. tum pronuntiatum eius fore principatum qui transisset, ausumque Patroclum ob id phaleris argenteis, quo maxime gaudent, et reliquo omni primatu donauit. ille, qui notabatur, inedia mortem ignominiae praetulit. mirus namque pudor est, uictusque uocem fugit uictoris, terram ac uerbenas porrigit. pudore numquam nisi in abdito coeunt, mas quinquennis, femina decennis. Initur autem biennio quinis, ut ferunt, cuiusque anni diebus, nec amplius; sexto perfunduntur amne, non ante reduces ad agmen. nec adulteria nouere nullaue propter feminas inter se proelia ceteris animalibus pernicialia, nec quia desit illis amoris uis, namque traditur unus amasse quandam in Aegypto corollas uendentem ac, ne quis uulgariter electam putet, mire gratam Aristophani celeberrimo in arte grammatica, alius Menandrum Syracusanum incipientis iuuentae in exercitu Ptolemaei, desiderium eius, quotiens non uideret, inedia testatus. et unguentariam quandam dilectam luba tradit. omnium amoris fuere argumenta gaudium a conspectu blanditiaeque inconditae, stipes, quas populus dedisset, seruatae et in sinum effusae. nec mirum esse amorem quibus sit memoria. Idem namque tradit agnitum in senecta multos post annos qui rector in iuuenta fuisset; idem diuinationem quandam iustitiae, cum Bocchus rex triginta elephantis totidem, in quos saeuire instituerat, stipitibus adligatos obiecisset, procursantibus inter eos qui lacesserent, nec potuisse effici ut crudelitatis alienae ministerio fungerentur. [8,6] Elephantos Italia primum uidit Pyrri regis bello et boues Lucas appellauit in Lucanis uisos anno urbis CCCCLXXII, Roma autem in triumpho VII annis ad superiorem numerum additis, eadem plurimos anno DII uictoria L- Metelli pontificis in Sicilia de Poenis captos. CXLII fuere aut, ut quidam, CXX, trauecti ratibus quas doliorum consertis ordinibus inposuerat. Verrius eos pugnasse in circo interfectosque iaculis tradit paenuria consilii, quoniam neque ali placuisset neque donari regibus; L- Piso inductos dumtaxat in circum atque, ut contemptus eorum incresceret, ab operariis hastas praepilatas habentibus per circum totum actos. nec quid deinde iis factum sit auctores explicant qui non putant interfectos. [8,7] Clara est unius e Romanis dimicatio aduersus elephantum, cum Hannibal captiuos nostros dimicare inter sese coegisset. namque unum qui supererat obiecit elephanto, et ille dimitti pactus, si interemisset, solus in harena congressus magno Poenorum dolore confecit. Hannibal, cum famam eius dimicationis contemptum adlaturam beluis intellegeret, equites misit qui abeuntem interficerent. proboscidem eorum facillime amputari Pyrri proeliorum experimentis patuit. Romae pugnasse Fenestella tradit primum omnium in circo Claudi Pulchri aedilitate curuli M- Antonio A. Postumio cos- anno urbis DCLV, item post annos uiginti

Lucullorum aedilitate curuli aduersus tauros. Pompei quoque altero consulatu, dedicatione templi Veneris Victricis, uiginti pugnaere in circo aut, ut quidam tradunt, XVIII, Gaetulis ex aduerso iaculantibus, mirabili unius dimicatione, qui pedibus confossis repsit genibus in cateruas, abrepta scuta iaciens in sublime, quae decidentia uoluptati spectantibus erant in orbem circumacta, uelut arte, non furore beluae, iacerentur. magnum et in altero miraculum fuit uno ictu occiso; pilum autem sub oculo adactum in uitalia capitis uenerat. uniuersi eruptionem temptauere, non sine uexatione populi, circumdatis claustris ferreis. qua de causa Caesar dictator postea simile spectaculum editurus euripis harenam circumdedit, quos Nero princeps sustulit equiti loca addens. sed Pompeiani amissa fugae spe misericordiam uulgi inenarrabili habitu quaerentes supplicauere quadam sese lamentatione conplorantes, tanto populi dolore, ut oblitus imperatoris ac munificentiae honori suo exquisitae flens uniuersus consurgeret dirasque Pompeio, quas ille mox luit, inprecaretur. Pugnaere et Caesari dictatori tertio consulatu eius uiginti contra pedites D iterumque totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus, eodem quo priore numero peditum et pari equitum ex aduerso dimicante, postea singuli principibus Claudio et Neroni in consummatione gladiatorum. Ipsius animalis tanta narratur clementia contra minus ualidos, ut in grege pecudum occurrentia manu dimoueat, ne quod obterat inprudens. nec nisi lacessiti nocent idque cum gregatim semper ambulent, minime ex omnibus soliuagi. equitatu circumuenti infirmos aut fessos uulneratosue in medium agmen recipiunt, acie uelut imperio aut ratione per uices subeunte. [8,8] Capti celerrime mitificantur hordei suco. capiuntur autem in India unum ex domitis agente rectore, qui deprehensum solitarium abactumue a grege uerberet ferum: quo fatigato transcendit in eum nec secus ac priorem regit. Africa foueis capit, in quas deerrante aliquo protinus ceteri congerunt ramos, moles deuoluunt, aggeres construunt omnique ui conantur extrahere. Ante domitandi gratia reges equitatu cogebant in uallem manu factam et longo tractu fallacem, cuius inclusos ripis fossisque fame domabant. argumentum erat ramus homine porrigente clementer acceptus. nunc dentium causa pedes eorum iaculantur alioqui mollissimos. Trogodytae contermini Aethiopiae, qui hoc solo uenatu aluntur, propinquas itineri eorum conscendunt arbores; inde totius agminis nouissimum speculati extremas in clunes desiliunt. laeua adprehenditur cauda, pedes stipantur in sinistro femine: ita pendens alterum poplitem dextra caedit ac praeacuta bipenni hoc crure tardato profugiens alterius poplitis neruos ferit, cuncta praeceleri pernicitate peragens. alii tutiore genere, sed magis fallaci, ingentes arcus intentos defigunt humi longius; hos praecipui uiribus iuuenes continent, alii conixi pari conatu contendunt ac praetereuntibus sagittarum uenabula infigunt, mox sanguinis uestigiis secuntur. [8,9] Elephantorum generis feminae multo pauidiores. domantur autem rabidi fame et uerberibus, elephantis aliis admotis, qui tumultuantem catenis coerceant. Et alias circa coitus maxime efferantur et stabula Indorum dentibus sternunt. Quapropter arcent eos coitu feminarumque pecuaria separant, quae haut alio modo quam armentorum habent. domiti militat et turres armatorum in dorsis ferunt magnaue ex parte orientis bella conficiunt: prosternunt acies, proterunt armatos. iidem minimo suis stridore terrentur uulneratique et territi retro semper cedunt, haut minore partium suarum pernicie. Indicum Africi pauent nec contueri audent, nam et maior Indicis magnitudo est. [8,11] Elephantos fert Africa ultra Syrticas solitudines et in Mauretania, ferunt Aethiopia et Trogodytae, ut dictum est, sed maximos India bellantesque cum iis perpetua discoria

dracones tantae magnitudinis et ipsos, ut circumplexu facili ambient nexuque nodi praestringant. conmoritur ea dimicatio, uictusque conruens complexum elidit pondere. [8,12] Mira animalium pro se cuique sollertia astutissima. ascendendi in tantam altitudinem difficultas draconi; itaque tritum iter ad pabula speculatus ab excelsa se arbore inicit. scit ille inparem sibi luctatum contra nexus; itaque arborum aut rupium attritum quaerit. cauent hoc dracones ob idque gressus primum alligant cauda: resoluunt illi nodos manu; at hi in ipsas nares caput condunt pariterque spiritum praeccludunt et mollissimas lancinant partes. iidem obuui deprehensi in aduersos erigunt se oculosque maxime petunt. ita fit ut plerumque caeci ac fame et maeroris tabe confecti reperiantur. Quam quis aliam tantae discordiae causam attulerit nisi naturam spectaculum sibi paria componentem? Est et alia dimicationis huius fama. Elephantis frigidissimum esse sanguinem; ob id aestu torrente praecipue draconibus expeti. quam ob rem in amnes mersos insidiari bibentibus coortosque inligata manu in aurem morsum defigere, quoniam is tantum oculus defendi non possit manu. dracones esse tantos, ut totum sanguinem capiant, itaque elephantos ab iis ebibi siccatosque concidere et dracones inebriatos opprimi conmorique. [8,13] Generat eos Aethiopia Indicis pares, uicenum cubitorum. Id modo mirum, unde cristatos luba crediderit. Asachaei uocantur Aethiopes apud quos maxime nascuntur; narrantque in maritimis eorum quaternos quinosque inter se cratium modo inplexos erectis capitibus uelificantes ad meliora pabula Arabiae uehi fluctibus. [8,14] Megasthenes scribit in India serpentes in tantam magnitudinem adlescere, ut solidos hauriant ceruos taurosque, Metrodorus circa Rhyndacum amnem in Ponto, superuolantes ut quamuis alte perniterque alites haustu raptas absorbeant. Nota est in Punicis bellis ad flumen Bagradam a Regulo imperatore ballistis tormentisque, ut oppidum aliquod, expugnata serpens CXX pedum longitudinis; pellis eius maxillaeque usque ad uellum Numantinum durauere Romae in templo. faciunt his fidem in Italia appellatae bouae in tantam amplitudinem exeuntes, ut Diuo Claudio principe occisae in Vaticano solidus in aluo spectatus sit infans. aluntur primo bubuli lactis suctu, unde nomen traxere. [8,15] Ceterorum animalium, quae modo conuecta undique Italiae contigere saepius, formas nihil attinet scrupulose referre. Paucissima Scythia gignit inopia cruticum, pauca contermina illi Germania, insignia tamen bouum ferorum genera, iubatos bisontes excellentique et ui et uelocitate uros, quibus inperitum uolguis bubalorum nomen inponit, cum id gignat Africa uituli potius ceruique quadam similitudine. [8,16] Septentrio fert et equorum greges ferorum, sicut asinorum Asia et Africa, praeterea alcen iumento similem, ni proceritas aurium et ceruices distinguat; item natam in Scadinauia insula nec umquam uisam in hoc orbe, multis tamen narratam achlin haud dissimilem illi, set nullo suffraginum flexu, ideoque non cubantem et adclinem arbori in somno eaque incisa ad insidias capi, alias uelocitatis memoratae. labrum ei superius praegrande; ob id retrograditur in pascendo, ne in priora tendens inuoluatur. Tradunt in Paeonia feram quae bonasus uocetur, equina iuba, cetera tauro similem, cornibus ita in se flexis, ut non sint utilia pugnae. Quapropter fuga sibi auxiliari reddentem in ea fimum, interdum et trium iugerum longitudine, cuius contactus sequentes ut ignis aliquis amburat.

[8,0] Livre VIII.

[8,1] (1) Passons aux autres animaux, et parlons d'abord des animaux terrestres. L'éléphant est le plus grand, et celui dont l'intelligence se rapproche le plus de celle de l'homme; car il comprend le langage du lieu où il habite; il obéit aux commandements; il se souvient de ce qu'on lui a enseigné à faire; il éprouve la passion de l'amour et de la gloire; il possède, à un degré rare même chez l'homme, l'honnêteté, la prudence, la justice; il a aussi un sentiment religieux pour les astres, et il honore le soleil et la lune. (2) Des auteurs rapportent que, dans les forêts de la Mauritanie, des troupes d'éléphants descendent sur le bord d'un fleuve nommé Amilas, aux rayons de la nouvelle lune: que là, se purifiant, ils s'aspergent solennellement avec l'eau; et qu'après avoir ainsi salué l'astre ils rentrent dans les bois, portant avec leur trompe les petits fatigués. Ils comprennent même la religion des autres; et l'on croit que, près de traverser la mer, ils ne s'embarquent qu'après que leur cornac leur a promis par serment la retour. (3) On en a vu qui, accablés par la maladie (les maladies n'épargnent pas même ces masses énormes), jetaient, couchés sur le dos, des herbes vers le ciel, comme s'ils appelaient la terre en témoignage dans leurs prières. Quant à la docilité, ils adorent le roi, fléchissent le genou, présentent des couronnes. Les Indiens emploient au labourage (VI, 22) des éléphants plus petits, qu'on appelle bâtards. [8,2] (1) Les premiers éléphants attelés qu'on ait vus à Rome sont ceux qui traînèrent le char du grand Pompée, triomphant de l'Afrique. On dit qu'anciennement Bacchus, triomphant de l'Inde vaincue, avait employé un pareil attelage. Procilius rapporte que dans le triomphe de Pompée les éléphants ne purent passer attelés par la porte de la ville. Dans les combats de gladiateurs que donna Germanicus, les éléphants exécutèrent des mouvements grossiers ressemblant à une sorte de danse; leurs exercices ordinaires étaient de jeter dans les airs des armes que les vents ne pouvaient détourner, de figurer entre eux des attaques de gladiateurs, et de se livrer aux ébats folâtres de la pyrrhique; puis ils marchèrent sur la corde tendue; quatre éléphants en portaient dans une litière un cinquième représentant une nouvelle accouchée; et dans des salles pleines de peuple ils allèrent prendre place à table, en marchant à travers les lits avec tant de ménagement qu'ils ne touchèrent aucun des buveurs.

[8,3] (1) Un éléphant, d'une intelligence trop lente à retenir ce qu'on lui enseignait, ayant été plusieurs fois fustigé, fut trouvé (c'est un fait certain) répétant la nuit sa leçon. Il est très curieux de les voir aller de bas en haut sur des cordes; mais ce qui l'est encore davantage, c'est de les voir aller de haut en bas. Mucianus, trois fois consul, rapporte qu'un éléphant avait appris à tracer les caractères grecs, et qu'on lui faisait écrire en cette langue ces mots-ci: "C'est moi qui a écrit ces mots et consacré les dépouilles celtiques." Le même auteur dit avoir été témoin oculaire du fait suivant: A Putéoles, des éléphants qu'on avait amenés par mer, et qu'on forçait à débarquer, effrayés de la longueur du pont qui les séparait du rivage, allèrent à terre à reculons, pour ne pas voir l'étendue de l'intervalle qu'ils avaient à parcourir.

[8,4] (1) Les éléphants savent que les seules dépouilles qu'on recherche en eux sont leurs défenses, que Juba appelle des cornes, mais qu'Hérodote, bien plus ancien, et l'usage général, désignent sous le nom plus juste de dents: aussi quand ces dents tombent par quelque accident ou par l'effet de la vieillesse, ils les enfouissent. Les défenses seules sont de l'ivoire;

au reste, la partie même des défenses qui est cachée dans les chairs n'est que de l'os, et n'a pas de valeur. Cependant, dans ces derniers temps, la pénurie de l'ivoire a fait qu'on s'est mis à couper les os en lames. En effet, il est rare qu'on trouve de grosses défenses, excepté dans l'Inde; dans notre partie du monde, tout l'ivoire qui s'y trouvait a été consommé par le luxe. (2) La blancheur des défenses indique la jeunesse; les éléphants en ont un très grand soin ; ils ménagent la pointe d'une des deux, afin de l'avoir en état pour le combat; ils emploient l'autre pour leurs besoins, à arracher les racines, à mouvoir les corps pesants; entourés par les chasseurs, ils mettent en avant ceux qui ont les plus petites défenses, pour que l'ennemi s' imagine que le butin ne vaut pas le combat; puis, las de résister, ils les brisent contre un arbre, et payent ainsi leur rançon. [8,5] (1) Il est singulier que presque tous les animaux sachent pourquoi on les poursuit, et que tous sachent ce dont ils doivent se garder. Un éléphant, rencontrant par hasard dans la solitude un homme qui n'est que voyageur, se montre clément et doux, et même, dit-on, lui indique le chemin; mais s'il aperçoit la trace d'un homme avant de voir l'homme même, il tremble de tous ses membres, de peur d'embûches; il flaire et s'arrête, il regarde autour de lui, il souffle avec colère, et il ne marche pas sur l'empreinte, mais il arrache la motte de terre qui la porte, il la donne au suivant, celui-ci à un autre, et ainsi de suite jusqu'au dernier; alors la bande tourne tête, revient sur ses pas et se range en bataille, tant l'odeur de cette empreinte due à des pieds qui, la plupart du temps, ne sont pas même nus, est persistante pour l'odorat de ces animaux. (2) De même la tigresse, redoutable aux autres bêtes féroces, et qui ne tient aucun compte des traces de l'éléphant lui-même, déplace, dit-on, ses petits dès qu'elle a vu la trace d'un homme. Comment l'a-t-elle reconnue? où a-t-elle aperçu précédemment celui qu'elle redoute? Les forêts qu'elle habite sont fort peu fréquentées. Je veux bien que cette empreinte frappe les animaux par sa rareté; mais d'où savent-ils qu'il y a quelque danger? ou plutôt pourquoi redoutent-ils l'aspect de l'homme lui-même, eux qui l'emportent tant par la force, par la taille et par la rapidité? Telle est la loi de la nature et la puissance qu'elle exerce : les animaux les plus féroces et les plus grands, sans avoir jamais vu ce qui ils doivent craindre, comprennent sur-le-champ quand vient le moment de craindre. (3) Les éléphants marchent toujours en troupe; le plus âgé conduit la bande, le plus âgé ensuite ferme la marche; quand ils passent une rivière, ils envoient devant les plus petits, de peur que les pieds des plus grands n'enfoncent le lit et n'augmentent la profondeur de l'eau. Antipater rapporte que le roi Antiochus avait deux éléphants de guerre, dont le nom même était célèbre. Les éléphants tiennent à ces distinctions; et Caton, qui n'a pas nommé les généraux dans ses Annales, rapporte que l'éléphant qui combattit le plus vaillamment dans l'armée punique s'appelait Surus, et avait perdu une défense. Antiochus donc sondant le gué d'une rivière, l'éléphant appelé Ajax, qui était le chef de la bande, refusa d'entrer dans l'eau. (4) Alors on déclara que le commandement appartiendrait à celui qui passerait : Patrocle s'y hasarda, et pour cet exploit on lui donna les colliers d'argent, qui leur font le plus grand plaisir, et toutes les autres prérogatives du commandement: Ajax, ainsi dégradé, se laissa mourir de faim, préférant la mort à l'ignominie. Les éléphants, en effet, sont très sensibles à la honte; le vaincu fuit à la voix du vainqueur, il lui présente de la terre et de la verveine (XXII, 4). (5) Ils ont de la pudeur, et ne se livrent à la copulation que dans le secret. Le mâle est apte à la génération à cinq ans, et la femelle à dix. La femelle ne reçoit le mâle que tous les deux ans; et seulement, dit-on, pendant cinq jours : le

sixième, ils se baignent dans une rivière, et c'est alors seulement qu'ils rejoignent la troupe. L'adultère est inconnu parmi eux ; la possession des femelles ne suscite pas chez eux des combats cruels, comme chez les autres animaux. Ce n'est pas qu'ils n'éprouvent la puissance de l'amour : on rapporte qu'un éléphant aima en Égypte une femme qui vendait des couronnes; et qu'on ne s'imagine pas que son choix était mauvais : cette femme fut la bien aimée d'Aristophane, très célèbre grammairien. Un autre aima Ménandre, Syracusain, jeune adolescent de l'armée de Ptolémée; et il témoignait, en ne mangeant pas, le regret qu'il éprouvait de son absence. Juba dit qu'une marchande de parfums fut aimée par un de ces animaux : (6) tous montrèrent leur attachement en témoignant de la joie à la vue de la personne aimée, en lui faisant des caresses à leur manière, en conservant et en jetant dans son sein les pièces de monnaie qu'on leur avait données. Il n'est pas étonnant que des animaux qui ont de la mémoire éprouvent de l'attachement. Juba rapporte encore qu'un éléphant reconnut après beaucoup de temps un vieillard qui, jeune, avait été son cornac. Le même auteur leur attribue un certain instinct de justice : le roi Bocchus ayant exposé, attachés à des poteaux, trente éléphants qu'il avait résolu de mettre à mort par trente autres éléphants, on ne put obtenir, quoi qu'on fit pour exciter ceux-ci, qu'ils servissent la cruauté d'autrui. [8,6] (1) L'Italie vit pour la première fois des éléphants lors de la guerre de Pyrrhus, et on les appela boeufs de Lucanie à cause du théâtre de la guerre ; ce fut l'an de Rome 472. Sept ans plus tard, Rome en vit mener en triomphe. Beaucoup furent pris en Sicile sur les Carthaginois par L. Metellus, pontife, et menés en triomphe l'an 502. Ils étaient au nombre de 142, ou, suivant d'autres, de 140; ils furent passés en Italie sur des radeaux que soutenaient des rangées de tonneaux. Verrius rapporte qu'ils combattirent dans le cirque, et qu'on les tua à coups de javelot parce qu'on ne sut qu'en faire, attendu qu'on ne voulut ni les nourrir ni les donner à des rois; L. Pison prétend qu'ils furent introduits dans le cirque, et qu'afin de redoubler le mépris pour ces animaux, on les y fit seulement pourchasser par des ouvriers qui n'avaient que des piques sans fer. Les auteurs qui pensent qu'ils ne furent pas tués n'expliquent pas ce qu'ils devinrent par la suite. [8,7] (1) Un combat d'un Romain contre un éléphant est célèbre. Annibal avait forcé les prisonniers faits sur nous à combattre entre eux; l'un d'eux qui survécut fut mis en présence d'un éléphant, et on lui promit que s'il le tuait il serait renvoyé; il combattit seul dans l'arène contre l'éléphant, et il en vint à bout, au grand chagrin des Carthaginois. Annibal, comprenant que le bruit de ce combat ferait mépriser ces animaux, envoya des cavaliers pour tuer le Romain, qui retournait chez lui. (2) L'expérience des batailles contre Pyrrhus montra qu'il était très facile de couper leur trompe. Fenestella rapporte que le premier combat d'éléphants qu'on ait vu à Rome eut lieu dans le cirque, pendant l'édilité curule de Claudius Pulcher, sous le consulat de M. Antonius et de A. Posthumius, l'an de Rome 655, et que vingt ans après y eut un combat d'éléphants contre des taureaux, sous l'édilité curule des deux frères Lucullus. Sous le second consulat de Pompée (l'an de Rome 700), lors de la dédicace du temple de Vénus Victorieuse, vingt éléphants, ou, selon d'autres, dix-sept, combattirent dans le cirque contre des Gétules, qui les attaquaient à coups de javelot. Un d'entre eux excita surtout l'étonnement : les pieds percés de traits, il s'avança se traînant sur les genoux contre ses ennemis, arrachant les boucliers et les jetant en l'air: ces boucliers, qui tournoyaient en retombant, faisaient un grand plaisir aux spectateurs, comme si c'eût été un tour d'adresse et non un effet de la fureur de l'animal. (3) Un autre fait qui

surprit aussi, c'est qu'un éléphant fut tué d'un seul coup: un javelot, entrant sous l'oeil, atteignit dans la tête les organes vitaux. Tous ensemble ils essayèrent de faire une sortie, non sans jeter beaucoup de désordre parmi le peuple qui entourait les grilles de fer. Pour cette raison, le dictateur César, sur le point, dans la suite, de donner un spectacle semblable, entoura de fossés pleins d'eau l'arène, fossés que Néron fit disparaître pour ajouter aux places des chevaliers. Les éléphants de Pompée, ayant perdu l'espoir de s'échapper, implorèrent la miséricorde du peuple par des attitudes qu'on ne peut décrire, se lamentant, pour ainsi dire, sur leur destinée; ce qui causa une telle peine aux spectateurs, qu'oubliant le général et la magnificence déployée en leur honneur, ils se levèrent tous versant des larmes, et maudirent Pompée, malédiction qui ne tarda pas à s'accomplir. (4) Le dictateur César, lors de son troisième consulat, en fit combattre 20 contre 500 fantassins, et, derechef, 20 armés de tours, avec 60 combattants sur leur dos, contre 500 fantassins et un pareil nombre de cavaliers. Sous le règne de Claude et de Néron, le dernier exploit des gladiateurs qui demandaient leur congé était de les combattre seul à seul. L'éléphant a, dit-on, tant de douceur à l'égard de plus faible que lui, qu'au milieu d'un troupeau de menu bétail il écarte avec sa trompe les animaux qui sont devant lui, de peur d'en écraser quelqu'un par mégarde; ils ne font du mal que provoqués. En raison de cette douceur, ils marchent toujours en troupe, et ce sont les moins solitaires des animaux. Entourés par de la cavalerie, ils mettent au milieu les malades, les fatigués, les blessés, et ils viennent tour à tour au premier rang, comme s'ils obéissaient à un commandement et à la discipline. [8,8] Pris, ils s'apprivoisent très promptement par l'usage de l'orge. (1) Dans l'Inde, pour les prendre, un cornac dirige un éléphant apprivoisé sur lequel il est monté, et qui, surprenant un éléphant sauvage isolé ou séparé de sa troupe, le frappe et le réduit; alors le cornac monte sur cet éléphant, qui lui obéit comme le premier. En Afrique on les prend dans des fosses; dès qu'un d'entre eux est allé y tomber, les autres entassent des branchages, jettent des roches, et font tous leurs efforts pour le retirer en comblant ainsi la fosse. Autrefois qu'on les chassait pour les dompter, on les poussait, à l'aide de la cavalerie, dans un long défilé fait de main d'hommes et sans issue; là, enfermés par des fossés et des levées de terre, on les domptait par la faim. Ce qui prouvait leur soumission, c'est quand ils recevaient paisiblement un rameau qu'un homme leur présentait. Maintenant qu'on les chasse pour avoir leurs défenses, on cherche à les blesser à coups de flèches aux pieds, qui sont leur partie la plus sensible. (2) Les Troglodytes, limitrophes de l'Éthiopie, qui ne vivent que de cette chasse, montent sur les arbres voisins des chemins que suivent les éléphants; puis, ayant remarqué le dernier de toute la bande, ils sautent sur l'extrémité de sa croupe; de la main gauche ils le saisissent par la queue, ils appuient leurs pieds sur la cuisse gauche; ainsi suspendus, ils coupent de la main droite, avec une hache à double tranchant très affilée, l'un des jarrets; cette blessure retardant l'animal, ils lui coupent en se sauvant les tendons de l'autre jarret : tout cela se fait avec une rapidité extrême. (3) D'autres, employant un mode moins périlleux mais moins certain, fixent dans la terre, à une distance plus considérable, de très grands arcs; des jeunes gens très forts les maintiennent; d'autres, non moins forts, les tendent, et lancent des épieux en guise de flèches sur les éléphants qui passent; puis ils suivent l'animal blessé à la trace de son sang. [8,9] IX. Les femelles sont beaucoup plus timides que les mâles. (1) Les éléphants furieux se domptent par la faim et par les coups; on met auprès d'eux d'autres éléphants qui répriment



leurs écarts avec des chaînes. Au reste, c'est surtout à l'époque du rut qu'ils deviennent intraitables, et qu'ils démolissent avec leurs défenses les écuries des Indiens. Aussi s'oppose-t-on aux accouplements, et l'on tient les femelles séparées des mâles dans des pacages, comme on fait pour le gros bétail. Domptés, on les emploie à la guerre; ils portent des tours pleines d'hommes armés, et décident en grande partie du résultat des guerres en Orient. Ils renversent les bataillons, ils écrasent les soldats; et cependant le moindre cri d'un cochon les épouvante. Blessés et effrayés, ils reculent toujours; et alors c'est pour leur propre parti qu'ils sont dangereux. Les éléphants d'Afrique redoutent ceux de l'Inde, et n'osent pas les regarder. En effet, les éléphants indiens sont d'une plus haute taille. [8,11] (1) L'Afrique produit des éléphants au delà des déserts des Syrtes et dans la Mauritanie. Il y en a dans l'Éthiopie et la Troglodytique, comme nous l'avons dit (VIII, 8); mais les plus grands sont dans l'Inde, et ils sont perpétuellement en guerre avec des dragons assez grands eux-mêmes pour les envelopper sans peine de leurs replis, et les serrer comme dans un noeud : les deux combattants succombent: le vaincu, dans sa chute, écrase par son poids le serpent roulé autour de lui. [8,12]

(1) Chaque animal a son adresse particulière, qui est merveilleuse; ils en sont un exemple. Le dragon a de la peine à s'élever à la hauteur de l'éléphant ; en conséquence, remarquant le chemin que ces animaux prennent en allant paître, il se jette sur eux du haut d'un arbre : l'éléphant sait qu'il n'est pas assez fort pour lutter contre les noeuds qui l'étreignent; aussi cherche-il à écraser son ennemi contre les arbres ou les rochers : le dragon prévoit le danger, et tout d'abord il lui enlace les jambes avec sa queue; l'éléphant défait les noeuds avec sa trompe; le dragon enfonce sa tête dans les narines de l'éléphant, et à la fois lui ferme la respiration et le blesse dans les parties les plus délicates. Quand ils se rencontrent à l'improviste, le serpent se dresse et attaque son adversaire, principalement aux yeux; (2) de là vient qu'on trouve souvent des éléphants aveugles, consumés par la faim et le chagrin. Comment expliquer la cause d'une si grande discorde, si ce n'est en disant que la nature se plaît à se donner le spectacle de ces duels? On rapporte encore autrement ce combat : l'éléphant, dit-on, a le sang très froid, aussi est-ce surtout pendant les chaleurs que les serpents le convoitent; en conséquence, cachés dans les rivières, ils guettent l'éléphant qui vient boire; ils s'enlacent autour de sa trompe et le mordent à l'oreille, parce que c'est le seul endroit qu'il ne puisse défendre avec sa trompe; ils boivent tout son sang, tant ils sont énormes. L'éléphant, ainsi épuisé et mis à sec, tombe; le dragon enivré est écrasé, et meurt. [8,13] (1) L'Éthiopie produit aussi des serpents qui égalent ceux de l'Inde; ils ont 20 coudées. Seulement je ne sais pourquoi Juba a cru qu'ils avaient des crêtes. On appelle Asachéens les Éthiopiens dans le pays desquels on les trouve surtout. On rapporte que sur les côtes de ce pays quatre ou cinq de ces serpents s'enlacent en forme de claie, et, faisant pour ainsi dire voile la tête dressée, vont à travers les flots chercher une meilleure nourriture en Arabie. [8,14]

(1) Mégasthène écrit que dans l'Inde des serpents deviennent assez grands pour avaler des cerfs et des boeufs entiers; Métrodore, qu'auprès du fleuve Rhyndacus, dans le Pont, ils sont tels, qu'ils aspirent et engloutissent les oiseaux passant au-dessus d'eux, quelles que soient la hauteur et la rapidité du vol. On connaît l'histoire du serpent qui, dans les guerres puniques, auprès du fleuve Bagrada, fut assiégé comme une citadelle par Régulus, avec des balistes et des machines; il avait 120 pieds de long : (2) sa peau et ses mâchoires ont été conservées à Rome, dans un temple, jusqu'à la

guerre de Numance. On peut croire à ces faits quand on voit en Italie le serpent appelé boa arriver à une telle grandeur, que sous le règne du dieu Claude on trouva un enfant entier dans le corps d'un de ces animaux, tué au Vatican. Ils se nourrissent d'abord en tétant les vaches; c'est de là que vient leur nom. [8,15] Quant aux autres animaux qui, n'étant qu'apportés de toutes parts, ont souvent touché le sol de l'Italie, il n'importe pas d'en décrire minutieusement les formes. (1) La Scythie produit très peu d'animaux, à cause du manque d'arbrisseaux. La Germanie, qui y touche, n'en a pas beaucoup; cependant on y trouve des espèces remarquables de boeufs sauvages, les bisons à crinières, et le ures doués d'une force et d'une rapidité extrême, aux quels le vulgaire ignorant donne le nom de bu bales; le bubale (antilope bubalis) est un animal d'Afrique, qui ressemble plutôt au veau ou au cerf. 8,16]

(1) Le nord produit aussi des troupeaux de chevaux sauvages, de même que l'Asie et l'Afrique des troupeaux d'ânes sauvages. On y trouve en entre l'alce (élan), ressemblant à une de nos bêtes de somme, s'il ne s'en distinguait par la longueur de ses oreilles et de son cou. Il est dans l'île de Scandinavie un animal qui n'a jamais été vu chez nous, mais dont beaucoup ont parlé, l'achlis (élan), qui ne diffère pas beaucoup de l'alce, mais qui a les membres d'une seule pièce; aussi ne se couche-t-il pas, mais il dort appuyé contre un arbre, que l'on scie, piège où il se prend; autrement sa vitesse extrême le sauverait. Sa lèvre supérieure est très grande, c'est pour cela qu'en paissant il marche à reculons; car s'il allait devant lui, sa lèvre s'enroulerait. On parle d'une bête de Péonie nommée bonace, à crinière de cheval, et de reste ressemblant à un taureau; ses cornes sont tellement contournées, qu'elles ne peuvent lui servir pour combattre; aussi a-t-il recours à la fuite, et en fuyant il lance, quelquefois à la distance de trois jugères (75 ares), une fiente dont le contact brûle comme une sorte de feu ceux qui le poursuivent.